

*Velut in Parva Pars*

## PARTIS II.

### DISPVVTATIO I.

# DE PIGNORIBVS ET

*Am Pedro de Sedesmae* HYPOTHECIS. *D'Jenay*

*Respondente.*

IOHANNE Appel Ascenhcimens. VVedderav.

#### THESIS I.

#### LIT. A. & B.

**T**HEMIS recte, quod pignus sit A. etiam rem ipsam significare ait, sed huic acceptio[n]i genus istius definitionis convenire non potest: & ita omnino est, ut pignus hic non per *contrarium*, sed per *ius* sit definitum, quod conventione & aliis modis constituitur, de quibus mox th. 1. Neque circa gravius etiam vitium pignus in specie de contractu, qui recontrahitur accipere possit: quod absurdum sit, disputantem in genere de pignore, praefigere definitionem speciei, quae nec tantum generis exhaustat partem: cum praesertim speciali illi acceptio[n]i nec quae hac th. 1. & multo minus quae th. 2. circa divisionem pignoris proponuntur, convenient. Pignus igitur in genere est ius in rebus pro securitate debiti creditori constitutum: qua differentia à fine desumpta, ab aliis contractibus separatur.

*Et hoc verum est*) Pignus ait esse contractum in se consideratum, interim tamen & vere aliorum contractuum administricum dici. Ex quibus verbis duo collectaria deduci possunt 1. quod duplex sit consideratio huius contractus: in se, & ut administrum aliorum contractuum. 2. Detrahi aliquid naturae contractus, si aliorum sit accessio. Neutrum verum videtur: non prius: quod pignus semper aliorum contractuum ac-

cessio est: non postterius, quod contractus sive pignoris sive fidei iussionis, non eo modo accessorius dicitur, sicut alia ab aliis dependentia, ut ab iis a veli nequeant: sed revera per se & separatim subsistentem & suis limitibus circumscriptam habent naturam. Cæterum non tam administricum, quia contractum principalem nullo modo firmat aut confirmat, sed potius accessorius contractus dicendus est. Connexionem titulorum non valde moror, & ratione Tr. adductæ parvi tribuo: quod si enim ideo quia pignus contractus est, hoc loco recte proponitur, etiam de stipulatione hoc libro agi potuisse, & rectius utique de pignore, tanquam contractu nominato reali post libr. 16. actum fuisset: & hoc libr. 20. de pignore non contractu tantum sed in genere agitur: & tandem si hanc rationem attendisset Justinus, non separatam partem hinc incipere debuisse.

#### LIT. C.

Quod contractum nominatum re initum dicit, pignori in specie tantum sumpto convenit, adeoque nihil movere potest l. 1. de pignor. act. sed ea necessario ostendit, quod pignus in genere contractus talis recte definiti non possit.

#### LIT. D.

Recte dicitur specifica differentia sumi à fine, qui est debiti restituendi securitas: cuius finis respectu distinguitur à commodato: alias etenim ex pacto & contractu antichresi, pignora

